magna humilitate percipiebat et habebat in ci-
vitate forme meretricie quam multis animabus perdicio-
ni fuerat. Frequenter quoque insultabant fratres seni illi et
vix potuit persuadere quod veniret ad eam
causa salutis sue quatenus per admonicionem eius possit pec- Horribile nota
catum quod per eam fiebat emittere. Cum autem veni-
ret ad locum quidam ex notis eius videns eum precessit
et nunciavit illi dicens. Ecce frater tuus venit
ad te. Illa autem pre gaudio relictis amatoribus
suis quos nutriebat capite nudato ad occur-
rendum fratri egressa est. Cum ergo temptaret eum
amplecti dixit ei senex. Soror mea karissima parce
anime tue quam per te pereunt multi et quemadmodum
potes sufferre illa amara et eterna tormenta.
At illa contremiscens ait ad eum. Scis frater quod est mi-
chi salus vel amodo. Cui ille. Si volueris est salus.
Illa autem iactans se ad pedes fratris petebat ut
eam secum duceret in desertum. Cui frater. Vade co-
operi caput tuum et sequere me. Cui illa. Eamus frater.
Oportet enim me deforis inter homines nudo capite
ambulare pro eo quod officinam peccati mei tenui igitur
Dum autem pariter ambularent monebat eam ad penitenciam
videns autem quod quidam obviabat sibi dixit illi. Quoniam non
omnes homines sciunt quod soror mea es parum secede
de via donec transeant et post transgressos illos vocavit
eam. Illa autem non respondit ei. Qui statim perquirens invenit
eam iam mortuam et vestigia eius plena sanguine
erat enim discalciata. Cum autem senibus annunciasset
factum congrediebantur inter se de eius. Manifestatum autem est
uni seni de ipsa eo quod cura illa fuit ei in tantum